Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

guine peccatum designetur: ppheta attesta
tur: Maledictū. et mendacium. et adulterium.
mundauerunt. et sanguis sanguinē tangit.
quia culpa culpam requirit. Donec stet ante
populū. donec ueniat ad extremū iudicium.
in conspectu angelorū et hominū. Expositu
rus causam suā. pro omnib' que gessit. redditu
rus deo in die iudicii rationem suam. SEQ.

Cap. XXI

ACCESSERUNTQ: Principes familiarū le
uitarum ad eleazar sacerdotē. et iosue filium
nun. et ad duces cognationum. p singulas tri
bus filiorū israel. locutique sunt ad eos in silo ter
re chanaan atque dixerunt. Dnis precepit p ma
nū moysi. ut darentur nobis urbes ad habitan
dum. et suburbana earū ad alenda iumenta.
Dederuntq: filii israel de possessionibus suis iuxta
imperium dni. ciuitates et suburbana earū egres
saque est sors in familia caath. filiorq; aaron sacer
dotis de tribub' iuda. et symeon. et beniamin.
ciuitates tredecim. et reliquis filiorq. caath. ad
est leuitis qui supfuerant de tribub' effraim. et
dan. et dimidia tribu manasse. ciuitates decem.
Porro filiis gerson egressa est sors ut acciperent
de tribub' yssachar. et de aser et neptalim. dimi
diaque tribu manasse in basan. ciuitates nume
ro tredecim. et filiis merari per cognationes suas.
de tribu ruben. et gad. et habulon urbes. xii.
Dederuntq: filii israel leuitis ciuitates. et suburba
na earū. sicut precepit dnis p manum moysi.
singulis sorte tribuentes.

PRINCIPES familiarū sunt rectores
ecclesiarū. ut fidelium animarū. Leui
tici assumptus dicit. p quem eorū ordo expri
mitur. qui diuina uocatione ad seruitutē
dei assumunt. Principes g familiarū leui.
ad eleazar sacerdotē. et iosue filiū nun accē
dunt. cui doctores ecclesiarū. ut fidelium ani
marū. a xpo domino ad indaganda sancte
scripturē arcana. uerē scientiē lumen expetunt.
Ad quod nimirū ipse eos cohortatur. qui suis
discipulis in euangelio loquitur. Petite. et dabitur uo
bis. querite. et inuenietis. pulsate. et aperietur uobis.
Omnis enim qui petit accipit. et qui querit inue
nit. et pulsanti aperietur. Hinc etiā IACO
BUS. dicit. Si quis indiget sapientia postu
let a deo. qui dat omnib' affluenter. et non impro
perat. et dabitur ei. Accedunt ad duces cognati
onum. qui sunt septē spiritus dei. missi in omnē
terrā. Qui sunt duces cognationū. sacrū scientiē
ducatū prebentes. cognationib' uirtutū. per sin
gulas tribus filiorū israel. p singulos choros an
gelorū. eterna creatoris sui uisione et gaudentiū.
Ad eos in silo locuntur. eum in auulsione et di
missione terrenorū. et in cognitione celestium.
allocuntur. Silo. terrē chanaan esse scribitur.
quod negotiator uel humilis dicitur. qa auul
sio et dimissio terrenorū. et cognitio celestiū. uerē
scientiē negotiationem in spiritu humilitatis
operatur. Dicunt. cum desideriorū suorū uota ge
mitibus exprimunt. Dnis p manū moysi precepit.
cum nobis sacrē scripturē scientiam contradidit.
Ut darentur nobis urbes ad habitandum. ut
muntiones celestium mysteriorū. nro intellec
tui subiacerent. ad eas incolendum. Et suburba
na earū. que sunt exteriora tegumenta litterae.
ad alenda iumenta. ad reficienda fidelium man
cipia. Dant filii israel de possessionibus suis. cum
sancti angeli eternē uisionis creatoris sui interpre
tibuunt de celestis sanctuarii mysteris. Iuxta
imperium dni. iuxta dispositionē creatoris dei.
Ciuitates celestiū mysteriorū. muntiones et sub
urbana earū. exteriora tegumenta litterarum.
Sors in familia caath egreditur. que pacientia
uel molaris dentes. siue dolans aut cōponens